UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Rebvs Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ Recentiores

Hay, John

Antverpiae, 1605

De Pietate A Christianis Post Dictam Necem declarata. Capvt Vltimvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61204

Visual Library

in rem ediſcendi traduntur. Alij denique repetebant, Iesv Ma-ria, ſerena facie: nonnulli etiam exhortabantur circumſtan-ad vitam Christiano dignam; hiſque & aliis ſimilibus actionib-promptitudinem moriendi demonſtrabant.

Tum carnifices quatuor cœpere vaginis (quæ Iaponiis vſita-ſunt) eximere lanceas: ad quarum horrificum conſpectum om-fideles acclamarunt Iesv Maria, &, quod plus, eſt comp-ratio ſecuta miſerabilis ipſos feriens cœlos. Carnifices quemq-eorum vno alteroque ictu breuiſſimo tempore exanimarant. -quis ſignum adhuc vitæ daret, eum iterato ictu confodiebant. A-que hîc licuit cernere Christianorum circumſtantium ardor-qui per medios ſatellites, fuſtuario eorum neglecto, ad cruces-currêre, alii vt ſudaria ſua martyrum ſanguine imbuerent, ali-ex veſtium limbo aliquid detraherent, alij vt reliquiarum lo-aliud aliquid auferrent.

Hic fuit militum Chriſti felix exitus, qui fortiter dimica-tes glorioſam ex hoſte retulere victoriam. Vt autem innocen-eorum omnibus pateſieret, permiſit Devs, vt Fazamburu-xaret hîc erigi haſtam, in qua deſcripta erat mortis ſententia.

DE PIETATE A CHRISTIANIS POST DICTAM NECEM declarata.

Capvt vltimvm.

Qvamvis Fazamburus non parum ſuccenſeret iis, q-ſancta quadam vi reliquias quaſdam è ſeruis De-puiſſent, ideoque mandaſſet ſatellitibus, vt fuſtibus-gerent omnes ad repetendum Nangaſachum; tamen poſtq-domum rediit, tam multi vndique confluxere, vt aliquid de ve-ſtibus Martyrum abſcinderent, vt multi in crucibus manſer-non ſatis decenter contecti, & ſingillatim nouem religioſi. Qu-re prouiſor confraternitatis Miſericordiæ eorum corpora ce-ſtoreis, loco veſtium, operiri curauit.

Eadem religione multi etiam è remotis regionibus tanto n-mero concurrere, vt Fazamburus compulſus fuerit duplicatis cu-ſtodibus aditum eis præcludere; ipſiſq; militum ducibus ſub vi-amittendæ pœna iubere, ne vllũ crucifixorũ corpus ſinerẽt aufe-ri. Verũ nec hac ſeueritate cohiberi potuit eorũ pietas; permul-ti enim, prætextu aliorum negotiorum transſigendorum, ver-collem illum deflectebant, tantùm vt reliquias ſeruorũ Dei vene-rarentur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſarentur. Multa alia in hoc argumento adjungi poſſent, quæ breuitatis cauſa prætermitto. Id tantùm dico, ex glorioſo hoc martyrio illum extitiſſe fructum, quòd omnes Chriſtiani, tā veteres quàm noui, egregiè in ſancta fide ſint confirmati, viuumque ęternæ ſalutis deſiderium in ſe excitarint, ac firmiter apud animum ſuum conſtituerint pro confeſſione Chriſtiani nominis vitam dare. Iamque animaduertunt huius martyrii prognoſticon, fuiſſe cruces miraculosè repertas alteram in Obama anno 89, alteram in Faconda, anno 92. Quare & firmiſsima ſpe tenentur vberrimæ meſsis conſecuturæ. Ipſi quoque gētiles, qui ſpectaculo interfuerunt, vehementer commoti ſunt ex gaudio, quo viginti illi Dei ſerui crucem conſcenderunt, & fortitudine, qua, certi de cœleſti præmio omnem humanam intelligentiam longè excedente, mortem tolerarunt. Et iam nonnulli Nangaſachum, recipiendi ſacri lauacri cauſa, quod obnixè poſtulant, aduenerunt.

(:·)